

Nunc auferetur factio lascivientium.

Léctio libri Amos prophétæ

6, 1a. 4-7

Hæc dicit Dóminus omnípotens:

^{1a} « Væ, qui tranquílli sunt in Sion
et confidunt in monte Samaríæ.

[1b-3]

- ⁴ Qui dórmiunt in lectis ebúrneis,
recumbéntes in stratis suis,
comedéntes agnos de grege
et vítulos de médio arménti;
⁵ canéntes ad vocem psaltérii,
sicut David excógitant sibi vasa cántici;
⁶ bibéntes vinum in phíalis,
óptimis unguéntis delibúti,
et non sunt contristáti super ruína Ioseph.
⁷ Quaprópter nunc migrábunt in cápite transmigrántium,
et auferétur fáctio lasciviéntium».

Verbum Dómini.